

committunt itineri ad faciendam residentiam. *Bull. 190. Urb. VIII. cum Trident. sess. 23. cap. 2. de Ref.*

16. Si Clerici in Sacris constituti jaceant in crimine fornicationis. *C. Siqui sunt, D. 81.*

17. Si Prælati usurpet bona vacantium Beneficiorum. *Extrav. un. Ne Se devacante.*

18. Siquis Ecclesiarum Secularium Rector, vel Minister recipiat onera perpetua Missarum sine licentia Ordinarii. *Bull. 42. Urb. VIII.*

19. Siquis Prælati edat Comentariorum in Concilio, *Trident. Bull. Pij IV. Confirmatoria ejusdem Trid.*

20. Siquis Episcopus, vel Abbas bona Ecclesie alienet non servata forma. *Extr. Ambitiosa de Reb. Eccl. alien.*

21. Siquis Episcopus, vel inferior Prælati exigat in visitatione excelsivam procuracionem, & contra jus. *C. Exigit. de Censib. in 6. Trident. sess. 24. cap. 3. de Reformat.*

22. Siquis Ordinarius privet Beneficij commorantes in Urbe, & qui talia beneficia recipit, idem incurrit. *Extr. 3. de Privileg.*

23. Siquis Metropolitanus non moneat intra præscriptum tempus Pontificem, quod sui suffraganei non resideant, vel antiquior ex suffraganeis, si Metropolitanus non resideat. *Trid. sess. 6. cap. 1. de Reform.*

## TIT. XL.

## De Verborum significatione.

439 **J**US Canonicum, ad imitationem Juris Civilis, hos duos titulos generales toti operi communes de V. S. Et de Reg. jur. in fine continet. Et quia plures, & diversas materias amplectuntur, ideo satius duxi ex textibus præpositis ordine, quo in jure continentur, præcipuas deducere decisiones, & ad eas alias doctrinas pro faciliiori, & pleniori intelligentia significationis verborum, seu vocum adjungere. Et quia, teste *J. C. in L. 24. ff. de Legib. incivile est, nisi tota Lege perspecta, una aliqua particula ejus præposita judicare, vel respondere*: ideo debet totus contextus legis, rescripti, privilegij, testamenti, contractus, vel instrumenti, vel alterius cujuscumque dispositionis attente, & circumspicte legi, ut sic mens disponen-

tis deducatur, declarando verba sequentia per antecedentia, & è contra. *L. 30. §. fin. ff. de Leg. 1. Debet item ex proximo, & rubrica sensus dispositionis, vel operis declarari. L. 134 §. 1. ff. de V. O. Verba debent intelligi circa subjectam materiam, de qua profertur, & juxta qualitatem petitionum. c. 6. b. t. L. 69. ff. de Leg. 3. Ita tamen ut jura jurius concilientur, & eorum correctio, quantum possibile sit, viretur. c. 29. de Elect. in 6. His igitur prælibatis, jam operi manus applicemus, ut huic turgidiori quasi subgrundam adjungamus.*

## Cap. 1.

440 **D.** Hieronymus, vel Glossa Interlinealis ad ea verba *Osea. c. 10. Innovate vobis novale*: adjungit: *Novale est ager nunc primum præfusus.* Et ut explicat nostri Textus epigraphæ: est terra noviter ad culturam redacta, & c. 21. b. t. L. 8. tit. 33. p. 7. ibi: *Novales tanto quere decir, como montaña, d' xara, que es rompida de nuevo para meterla à labor.*

## Cap. 2.

Ad illud *Danielis 1. nam, & Rex Nabucodonosor Pater tuus.* Ubi vocat Nabucodonosor Patrem Balthafaris addit *D. Hieronymus*: id est, *proavus* more scripture, quæ avos, & deinceps patres appellat: idem de jure Civili accidit: nam nomine patrum omnes ascendentes solent intelligi. *L. 201. ff. b. t. Sic liberorum appellatione omnes descendentes continentur. L. 220. ff. b. t. Et nomine viri, etiam femina intelligitur. L. 1. ff. b. t. L. 6. tit. 33. p. 7. Et hic obiter notandum est, quod Sacra Scriptura in quaduplici sensu potest intelligi, in sensu nempe litterali, allegorico, tropologico, seu morali, & analogico: & quid uniusquisque significet in his versibus declarat. *Littera gesta docet: quid credas Allegorica: Moralis quid agas: quid speres Analogia.* Sic hæc vox *Jerusalem* secundum sensum litteralem Civitatem Jerusalem significat, secundum allegoricum Ecclesiam: secundum tropologicum, seu morale, animam fidelem: secundum analogicum, cœlestem patriam, quam in hoc Mundo peregrini inquirimus significat.*

## Cap. 3.

In c. 4. *Prov. dicitur Salomon unigenitus, cum fratrem uterinum constet præcessisse*: quia ait *D. Hieronymus hic: Ille mox natus sine nomine, quasi nunquam esset, de vita decessit.* Nec enim natus videtur, qui confestim, est mortuus. *Sanchez de Matrim. lib. 3. D. 18. n. 6. Nec nomine filiorum veniunt, qui mortui nascuntur. L. 8. tit. 33. p. 7. nec monstruosi habentes figuram bestia. L. 14. ff. de Stat. hom. Verba enim in Legibus, contractibus, testamentis, privilegij, rescriptis, sententijs, quin & in dispositionibus odiosis, & poenalibus, ita debent sumi, ut non superflua, sed cum effectu sint, etiam si ad hoc sit necessarium, verba aliquantulum impropriari. c. 17. de Pœnit. D. 1. c. 4. de Cler. non resid. L. 1. §. 2. ff. Quod quisque jur. Deinde dicitur *unigenitus*, etiam si ex lib. 1. *Paralip. cap. 3. v. 5. Constat David ex Bersabe suscepisse alios tres filios. Dicitur denique unigenitus coram matre sua*, quia erat præ omnibus dilectus.*

## Cap. 4.

*Matth. cap. 1. dicitur: Cum esset desponsata Mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Ex hoc textu male inferebant aliqui hæretici, quod B. V. Maria post partum cognita à Divo Josepho fuisset, ut refert S. Epiphanius. Nam ut bene notat *D. Hieronymus*, hic, non sequitur, ut postea convenerint, sed Scriptura, quod factum non sit, ostendit. Imò potius sunt verba improprianda, quam admittere absurdum, ut in præsentem sequeretur. Similiter impropriantur: quando natura rei illis repugnat, vel quando jus tertij læditur, vel quando sequitur correctio juris; vel superfluitatem contineret, vel actus perire, vel delictum evadere: nam cum in dubio de nullo delictum præsumatur. *L. 51. ff. Pro socio, debet potius aliquantulum verborum significatio impropriari, quam declinare in peiorem partem. c. 2. de Reg. jur. Barbof. Axiomat. juris 202. per tot.*

## Cap. 5.

*Matth. cap. 1. ait de Divo Josepho: Tam. II.*

*Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.* Ubi *D. Hieronymus* ait, ex hoc loco, quidam perverissimè suspicantur, & alios filios habuisse Mariam, dicentes primogenitum: cum primogenitus non debeat dici, nisi qui habeat fratres: cum hic non Divinarum sit scripturarum, ut primogenitum, non eum vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo natus sit. Si vero duo simul nascuntur ex eodem partu, & ignoretur, quis prius, vel posterior natus sit, præsumitur prius natum fuisse Matrem, quam fecerim: si ambo sint matres, ambo dividunt honorem provenientem ex primogenitura. Deinde: si vir, & uxor simul perierint: v. g. in naufragio, præsumitur, si alias non constet, uxorem prius periisse. Si cum filio pubere simul perierint parentes, isti prius decessisse creduntur. Si vero ipse erat impubes, ipse creditur prius mortuus. Et juxta has regulas successio hereditarium dotis, & majoratus definienda erit. *L. 9. L. 10. ff. de Reb. dub. L. fin. tit. 33. p. 7. Etiam hæc vox major, aliquando pro positivo ponitur: ita reservatio Cancellaria de Dignitatibus majoribus habet locum, ubi est una dignitas tantum. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 1. n. 26. Regulariter tamen sumitur pro comparativo positivum supponente. L. 1. ff. de V. O. ibid. DD. Barbof. in Præsent. num. 3.**

## Cap. 6.

Ubi *D. Hylarius lib. 4. de Trinitate*, ait intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermone, sed rei est sermo subjectas: nam ut communiter dicitur: intentio verbis deservire non debet, sed verba intentioni. *c. 11. 22. q. 5. L. 5. tit. 33. p. 7. Et hinc scire Leges non est verba tenere, sed mentem. L. 17. ff. de Legib. L. 13. tit. 1. p. 1. Aliquando interpretatio dispositionis sumitur ex causa ibidem assignata; arg. L. 3. ff. Solut. matrim. licet quandoque latior si ratio quam dispositio; arg. c. fin. de Immun. Clem. 1. de Election. Verba simpliciter prolata, simpliciter, non secundum quid debent intelligi, alias non proprie sumerentur. *L. 45. L. 69. ff. de Leg. 3. L. 1. §. 3. ff. de V. O. Sic residentia in jure requiritur, de personali debet intelligi. c. 3. de Cleric. non resident. provisio de beneficio vacaturo per mortem alicujus, non de casu mortis civilis, quæ per privationem,**

nem, vel depositionem contingit, sed de mortis naturalis casu intelligitur; arg. L. 121. §. 2. ff. de V. O.

## Cap. 7.

D. August. loquens de consensu Evangelistarum ait: Nihil obstat narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur, maxime, cum quisque Evangelistarum ex ordine credat, se dicere, quo Deus voluit.

## Cap. 8.

D. Greg. lib. 1. Epist. 28. ait: Si prolixam epistolam ad interpretandum accipere fortasse contigerit, rogo, non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferre: quia plerumque dum proprietates verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. Quando ergo ex subiecta materia, vel sine consilato deponentis intentione, hæc debet attendi, etiam si verba aliquantulum improperent: cum intentio Legislatoris, vel cuiuscumque alterius agentis sit, velut anima dispositionis illius. L. 69. ff. de Leg. 3. c. 6. c. 15. b. s. L. 5. tit. 33. p. 7.

## Cap. 9.

D. Isidor. L. 10. Etymolog. ait: Quamvis omnes, qui præsentem præpositi ritè vocentur, usus tamen obtinuit, eos vocari præpositos, qui quandam prioratus curam super alios gerunt. Quando non aliter constat de intentione disponentis, verba sumenda sunt in sensu, quem habent, juxta communem hominum usum. L. 69. ff. de Leg. 3. Et quidem secundum modernum modum loquendi, & secundum usum illius Provincie, & Regionis; arg. L. 50. §. 3. ff. de Leg. 1. Nam usus, teste Horatio in Arte Poetica, est unicus Legislator, in materia de Verborum, & vocum significatione, ibi: Multa renascuntur, quæ jam ceciderunt, cadentque, quæ nunc sunt in bono: vocabula, si volet usus, quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi. Verba, quæ & usum naturalem, & civilem habent, secundum naturalem, ut magis proprium intelligenda sunt. L. 121. §. 2. ff. de V. O. Nisi specialiter disponatur, quod in civili sumantur; arg. c. 6. Qui filij sunt legit. vel nisi inveniantur in Legibus, rescriptis, sententijs Judicum, responsis Juris Consultorum, ins-

trumentis authenticis, &c. Nam tunc magis, quam secundum vulgarem sensum, secundum juridicam significationem intelliguntur.

## Cap. 10.

D. Isidor. L. 8. Etymolog. c. 15. Forum est litium exercendarum locus, à fando dictus, sive à Foroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit: Constat forum causa, lege, & iudicio. Causa à casu, quo venit dicitur, dum negotium proponitur est causa, dum discutitur iudicium, dum desinitur iustitia. Vocatur autem iudicium, quasi iuris dictione, & iustitia, quasi juris status. Iurium dicitur, quasi iuris garrum, eo, quod ibi, qui causam dicunt, iure discipant. His autem à contentione limitis prius nomen sumpsit, de qua Virgilius. Limes erat positus litem, ut discerneret agris. In omni negotio hæc persona queruntur: iudex, accusator, reus, & tres testes. Iudex dicitur, quasi jus dicens Populo, sive, quod iure discipet. Iure autem discipere, est iuste iudicare: non est ergo iudex, id est iustus, si non est in eo iustitia. Accusator vocatus est, quasi causator, qui ad causam vocat eum, quem appellat, reus à re, quæ petitur, nuncupatur. Testes antiquitus superstites dicebantur, eo, quod super causa statu proferebantur. Testes autem considerantur conditione, natura, & vita. Conditione, si liber, non servus. Natura, si vir, non femina. Vita, si innocens, & integer actus: nam si vita bona defuerit, fide carebit, non enim potest iustitia, cum scelerato homine habere commercium. Sanè. Hic textus materiam amplissimam continet, cuius partes in suis locis pro nostra tenuitate exposuimus.

## Cap. 11.

D. Isidor. L. 5. Etymol. c. 14. ait: Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura Legibus, aut moribus comprobata: Dicitur pactum quasi ex pace factum.

## Cap. 12.

D. Isidor. cap. 25. ait: Jus dictum est à iure possidendo: hoc enim iure possidetur, quod iuste: hoc iuste, quod bene: quod autem male possidetur alienum: male autem possidet, qui vel suis male utitur, vel aliena presumit. c. 11. 14. q. 4. Quod au-

tho.

thoritate legis; vel superioris fit, iuste fit, & qui auctoritate Prætoris possidet, iuste possidet. L. 11. ff. de Acquir. possess.

bratur die 24. Februarij. In Italia, & alibi, quando annus est bissextilis die 25. celebratur.

## Cap. 13.

Sic Paschalis Papa XI. rescribit: Cæterum primitiæ, decime, oblati nes in solis Ecclesiarum bonis præcipue numerantur. Oblationes dicimus, quæcumque de proprijs, & licitis rebus Ecclesie à fidelibus offeruntur. Oblatio est quædam donatio bonorum temporalium Deo, vel Ecclesie facta. c. 9. cum seq. 13. q. 2. de quibus omnibus jam aliquid diximus ad tit. de Decimis.

## Cap. 14.

Alex. III. Sic ait: Nos itaque tibi ducimus reputandum, quod Sacerdos uno presente Clerico, & etiam solus infirmum ungere potest. Sacramentum Extremæ Undionis ministratur graviter infirmis febri, vulnere, vel alia quacumque infirmitate naturali, seu violenta: non tamen alijs, etiam de vita periclitantibus, ut sunt navigantes, prægnantes, vel ultimo suplicio condemnatis, quia solum infirmus est subiectum illius capax. C. un. de Sac. Unct. Quoad ministrum attinet, tantum Parochus, vel alius Sacerdos de voluntate saltem præsumpta illius, illud licet confert. Cl. 1. de Priv. valide tamen quilibet Sacerdos illud confert. Trid. sess. 14. de Extrem. Unct. cap. 3. etiam si alijs Sacerdotibus non societur: nam licet in Epist. 8. Jacob. cap. 5. dicatur: Inducat Presbyteros Ecclesie, solum ibi qualitas personæ, non numerus significatur, ut dicam in c. 40. de Reg. jur. in 6.

## §. I.

Festum B. Matthie juxta consuetudinem Ecclesiasticam Vigilia eatenus præcedat, ut nec pro bissexio, nec quolibet alio modo inter se, & solemnitate, aliam diem admittat. In qua utique nisi Vigilia venerit in Dominica die jejunium celebretur, ipsum autem festum, sive fiat in presenti die, vel in sequenti, qui duo quasi pro uno reputantur, nullus error, sed Ecclesia consuetudinem tenatur. Ex hoc textu Vigilia festivitatum, quæ secunda feria celebrantur, fit in Sabbato antecedenti. In nostra Hispania festum S. Matthie semper cele-

Cœlest. III. ait: quod sententia definitiva Judicis non aliter potest finem controversiæ imponere, nisi absolvat, vel condemnet, ac proinde si non absolvat, nec condemnet nullius roboris est. L. 3. C. de Sent. & interlocut. sed non requiritur verborum superfluitiosa scrupulositas, sed quæcumque mentem Judicis declarent sufficienter ad valorem sententiæ, etiam per verba: statuo, & precipio, ut in præsentem dicitur. L. 5. §. 1. ff. de Re judic. L. 5. L. 15. tit. 22. part. 3. ibid. Greg. Lop. L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. & ibid. Acco. Quia non verba, sed voluntatem considerare debemus, cum non intentio verbis, sed verba intentioni debeant deservire. Verba enuntiativa, seu narrativa; quibus scilicet, aliquid incidenter refertur, quod non de præsentem ab ipso disponente agitur, sed actum est ab alio, vel de præterito est actum, non inducunt dispositionem: sed debent esse verba dispositiva, quæ scilicet rem, vel actum, vel id, quod de præsentem actum est à disponente per se, & principaliter expriment: tunc enim probant, & inducunt dispositionem, si verò verba enuntiativa roborata sint juramento probant, & inducunt, dispositionem, vel si geminata sint: nam ipsa iteratio significat majorem deliberationem, & magis enixam, & seriam voluntatem disponentis, & ideo etiam tollunt suspensionem metus, erroris, vel fraudis. L. 32. ff. ad S. C. Trebell. Idem dicendum est, quando inveniuntur in instrumentis valide antiquis, præcipue possessione favente, instrumenta, alleganti, vel si per modum cautæ finalis sint adjecta: Etiam probant contra proferentem, vel eum, qui passus est instrumento inferi: & juxta aliquos etiam probant in favorem dotis, & causæ piæ. Masc. de Prob. conc. 627. Menoch. de Præs. l. 3. præf. 34. Deinde: affirmatio, & negatio magis, quam ex cortice exteriorem vocum ex sensu sumenda sunt. Gloss. in Cl. fin. de Refer. Duæ negationes regulariter affirmant. L. 237. ff. b. t. licet aliquando aliter sit dicendum, vel quia sequeretur absurdum, vel quia est usus modus loquendi, vel quia ad fortius negandum adhibentur,

Cap.

## Cap. 16.

Privilegium Principis, quod cedit in præjudicium juris tertio jam quæsitum, stricte interpretandum est. *C. fin. de Præbend.* etiam si clausula, *ex certa scientia*, vel *motu proprio* adjiciatur. *C. 15. de Offic. deleg.* nam jus jam quæsitum solum ex cautela publica potest auferri, sed adhuc ea urgente, in dubio non præsumitur in Supremo Principe illud velle tollere. *c. 2. de Offic. ordinar. c. 31. de Privileg. c. 8. de Rescript.* Quod à fortiori dicendum est de Contractibus, Testamentis, & Rescriptis Principum. Illud tamen beneficium, quod non ita tertio præjudicat latissime oportet interpretari, ut in præsentibus *L. 28. tit. 34. p. 7. c. 6. de Donat. L. Beneficium, 3. ff. de Constit. Princip. Suarez de Legib. lib. 8. cap. 27. Sanchez lib. 2. de Matrim. D. 2. Barbosa & Gonz. hic:* præcipue cum hic agatur, non tam de privilegio, quam de mandato de providendo, quod ex motu proprio S. Pontificis emanavit, & ideo latissime interpretatur. *c. 24. de Præbend. in 6.*

## Cap. 17.

Interdictum Generale dicitur, non solum quod in Regnum, vel Provinciam, sed etiam quod in Villam, vel Castrum fertur, & ut tale debet observari; *arg. L. 14. tit. 9. p. 1.*

## Cap. 18.

Cum Episcopo Altilsiodorensi esset indultum, quod ordinario rerum Clericorum decedentium ab intestato, in ejus potestate, & dispositione liberè permaneret. Rom. Pontifex ad dubia ab Episcopo proposita respondet 1. Quod appellatio Clericorum, non solum alios, sed & Canonicos comprehendit. 2. Quod qui extremam voluntatem in alterius dispositione committit, non videtur decedere intestatus. Nominè enim Clericorum, etiam veniunt Canonici Regulares Divi Augustini. *Barbosa in b. text. n. 2.* Nam verba generalia generaliter accipiuntur. *L. 1. §. 1. ff. de Legat. præstand. L. 5. tit. 33. p. 7.* ubi enim Lex non distinguit, necnon distinguere debemus, ut commune dicit axioma, quod exoptat Bar-

*bof. in Axiomat. jur.* Et etiam si in singulari loquantur Leges ad omnia sub tali voce contenta extenduntur, nisi specialiter aliqua excipiantur. *L. 1. §. 4. ff. de Offic. Præf. Urb.* Restringuntur tamen, si alias adus periret. *c. 2. 23. q. 1.* vel si subiecta materia, vel præjudicium tertij, vel aliud inconueniens generalitatem ipsorum restringi suadeat. *L. 3. §. 11. ff. de Statu liber.* Si in aliqua dispositione, vel in diversis circa eandem rem, verba generalia, & specialia inveniantur, hæc debent attendi: nam cum magis declarent intentionem agentis, quam generalia. *L. 41. ff. de Pæn.* Et ideo generi per speciem derogatur. *c. 34. de Reg. jur. in 6.*

## Cap. 19.

In hoc juramento: *Ego ab hac hora in antea fidelis ero*, & obediens Placentinæ Ecclesiæ, & Domino meo Episcopo Placentino, non venit nomine Ecclesiæ Clericus totius Diocesis, etiam Capitulum intelligatur Ecclesiæ Cathedralis: Is tamen, qui præstat hujusmodi juramentum, Episcopo tanquam capiti principaliter obligatur. In odiosis quidem non venit Cathedralis nomine Ecclesiæ Diocesis: sicut in favorabilibus. *Barb. hic, n. 3.*

## Cap. 20.

Cum Innoc. III. rogaretur, quid intelligeretur nomine *cenfura Ecclesiastica*, quando in Rescriptis Pontificis hujusmodi vox apponitur, respondit: *Intelligi excommunicationem, suspensionem, & interdictionem.* Et Judex juxta circumstantias infligit eam, quam magis viderit expedire. Hinc infertur, quod irregularitas non est proprie censura: nam cum Magistraliter respondeat Pontifex generaliter, & absolute debet ejus Rescriptum sumi. *c. 12. de Decimis.* alias non plene responderet Pontifex. Verba enim indefinite dispositioni universali æquivalent. *c. 22. de Privileg.* quod deinde corroboratur: nam censura est medicina ad curandam contumaciam fidelium supplicans culpam. *c. 1. de Sent. excom. in 6.* cum irregularitas etiam sine culpa contrahatur. *c. 8. D. 50.* imò nec est censura etiam irregularitas ex delicto proveniens. *Suarez de Cenfur. D. 1. sect. 3. Barbosa in b. text. num. fin. & alij contra Gonz.*

*Gonzal. hic, n. 3.* cum *Bañez, & Aragon, ad 2. 2. q. 64. art. 8. Soto, & alios*, qui præter tres species dictas alias censuras ponunt, scilicet, irregularitates, & celsationem à Divinis. Præterea, censura communione fidelium, & participatione Sacramentorum privat. *C. de Re judic.* Cum irregularitas tantum susceptione, & exercitio Ordinum privet. Denique censura per absolutionem tollitur, irregularitas per dispensationem. *Trid. sess. 14. de Reform. cap. 7.*

## Cap. 21.

*Novale* in privilegijs de non solvendis decimis Novalium, illud vocatur, de cuius cultura non est memoria, & quod prius nullum, vel modicum fructum afferebat.

## Cap. 22.

Romana Ecclesia verè est Mater, & Magistra Ecclesiarum totius Orbis. *c. 1. D. 12. c. 1. de Rescript. Trid. sess. 6. de Bapt. Can. 3. & sess. 22. cap. 8.* Et ideo prima Matrix potest, & debet appellari; at vero quando Ecclesia Episcopo subiecta alteri unitur, vel committitur gubernanda, salvo jure Matricis Ecclesiæ, per Matricem Ecclesiæ, non Romana, sed Cathedralis intelligitur, quia ipsa est Mater Ecclesiarum totius Diocesis. *c. 1. de Rescript.* Licet aliquando lato modo Ecclesiæ, quæ sub se habent alias, Matrices appellentur. *c. 3. de Eccles. edificand. c. 10. de Transact.*

## Cap. 23.

Qui excommunicatus, vel interdictus est tantum ob contumaciam, quia noluit stare juri cum fuisset citatus, congruè satisfacit, ut absolvatur, si præstet cautionem sufficientem, pignoriibus scilicet, vel fidejussoribus standi juri. *L. 10. tit. 33. p. 7.* non tamen potest absolvi, nisi prius sufficientem præstet emendam, quando fuit censuratus pro manifesta offensa, quando dubia, sufficit cautio de parendo Ecclesiæ mandato.

## Cap. 24.

Idem dicit, ac præcedens, & addit: *offensa manifesta intelligitur illa, quæ*

nora est per confessionem, vel probationem legitimam, vel rei evidentiam, ita, ut nulla possit tergiversatione celeri. *Barb. in b. textu.*

## Cap. 25.

Quoties in privilegio alicujus concessionis apponitur hæc clausula: *Fiat juxta, vel secundum morem præteriti temporis.* Potest dupliciter intelligi 1. *Conditionaliter*, ita ut sentus talis sit: *Si mos præteriti temporis talis fuit.* 2. *Causaliter*, id est, quia mos præteriti temporis talis fuit. Et hic modus rectior videtur, quia cum privilegium sit Lex privata. *c. 3. D. 3.* Et Lex non debeat esse obscura, vel captiosa, sed certa, & manifesta: nec esset privata Lex, seu privilegium, nisi aliquod specialiter concederet. *c. 30. de Privileg.* alias esset otiosum, & superfluum, quod de beneficio Principis non licet præsumere, ideo sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere possit potius quam perire. In dubio enim semper potius pro actus valore, quam contra illum standum est. *L. 12. ff. de Reb. dub. L. 80. ff. de V. O. L. 2. t. 3. p. 7.* ac proinde, quando verba continent duas sententias, ea præfertur, quæ rei gerendæ aptior est. *L. 67. ff. de Reg. jur.* vel quæ conformior rationi, & verisimilior est. *c. 45. de Reg. jur. in 6. L. 2. tit. 3. p. 7.* ubi additur, quod si dubium non potest ex aliqua conjectura resolvi, debent contra proferentem verba dubia interpretari. *c. 57. de Reg. jur. in 6.* Verba tamen dubia, quæ in sententijs inveniuntur non contra Judicem interpretantur, sed ipse ea declarat. *L. 3. tit. 33. p. 7.* Si in Legibus, Rescriptis, vel Privilegijs inveniuntur, Rex solus, vel antiqua consuetudo ea interpretatur. *L. 4. tit. 33. p. 7. L. fin. C. de Legib.* Quando est consuetudo, ut ex aliquo Monasterio Abbas sumatur ad aliud Monasterium intelligitur valere, donec ibidem vigerit observantia regularis, & idoneæ personæ inveniatur in illo, quæ possint in Abbates assumi.

## Cap. 26.

Ad varias questionem in præsentibus Innoc. III. & quidem 1. ait: *Manifesti heretici sunt, qui contra Fidem Catholicam publicè prædicant, aut profitentur, vel defendunt errorem: vel qui*

qui coram Prælatiſ ſuis convicti ſunt, aut conſeſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica pravitate. Et eorum bona propria conſiſcantur, & ipſi juxta legitimas ſanctiões puniuntur. 2. Quando Legatus Apoſtolicus interdicit pedagia, guidagia, veſ ſalinaria, intelliguntur illa eſſe interdicta, quæ non apparent, Imperatorum, vel Regum, vel Lateranenſis Concilij largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine à tempore, cujus non extat memoria introducta. Varia ſunt: videlicet 1. pedagia, quæ dantur à tranſeuntibus per certum locum, ab ingredientibus aliquod Regnum, Portum, vel Civitatem, & *Hiſpaniæ* dicuntur: *Portazgos, paſſages, d'aimojariſagos.* 2. Guidagia, ſiquidem proprium eſt Imperatorum, & Regum tributa imponere. *L. 11. tit. 28. p. 3. Suar. de Legib. lib. 5. cap. 18. & com. DD.* tales impoſitiones, quæ alicui dantur productũ, vel conductũ per alicujus territorium, vel ditionem, ut ſecurus vadat, *Hiſpaniæ: ſalvo conducto.* 3. Salinaria, licet enim Jure Naturæ ad dominium privatorum pertineant. *L. 4. §. 7. ff. de Senſib. Poſtea in eis veſtigal, & tributum impoſitum fuit. L. 11. tit. 28. p. 3.* Et denique hodie in noſtra Hiſpania omnes ſalinariæ ad Regem pertinent. *L. 2. tit. 13. lib. 6. R. C. Gonz. in b. text. n. 5. Acro. in L. 31. tit. 18. lib. 6. R. C. ex n. 10. Solorz. Polit. Ind. lib. 6. cap. 3.* ubi notat, quod in noſtra Hiſpania eſt admilla hæc impoſitio, ſecus in Regno Peruano. Sic etiam in his Inſulis earum incolæ in percipiendo ſale, ſicut, & alijs fructibus ſumma libertate gaudent. 3. Quando Legatus Apoſtolicus mandat alicui Principi Sæculari, ut ſecundum arbitrium Legati, vel Judicis Ordinarij, vel Delegati Apoſtolicij Juſtitiæ exhibeat, intelligendum eſt, ut in omni cauſa, quæ ratione perſonarum, vel rerum ad Eccleſiaſticum forum pertinent, ac ſuper univerſis capitulis, quæ pro pace ſervanda ſunt per dictum Legatum ſtatuta, vel Apoſtolica auctoritate ſtatuenta, juſtitiæ faciãt: item viduis, pupillis, orphanis, & perſonis miſerabilibus tenentur in judicio Eccleſiaſtico reſpondere.

## Cap. 27.

Clericus degradatus, tunc cenſetur Comæ Sæculari traditus, quando degradatio præſente poteſtate Eccleſiaſtica ce-

lebratur, & poſt degradationem poteſtati Sæculari prænuntiatur, ut in ſuum forum degradatum recipiat: debet tamen Eccleſia, ſaltem ex decencia efficaciẽter intercedere pro degradato, ut circa mortis periculum ſententia circa eum morderetur. *L. 60. tit. 6. p. 1.*

## Cap. 28.

Quando Papa reo, qui non poteſt poſſeſſionem, propter actoris abſentiam recuperare, indulget, quod ei elapſus anni non noceat, hæc indulgentia juxta Jus Commune debet intelligi. Similiter quælibet diſpoſitio, Judicis ſententia, iſtrumenta, ſtatuta, Reſcripta, Leges, imò, & privilegia, quæ aliquo dubio laborant debent ita interpretari, ut Jus Commune, quo minimum lædatur, vel corrigatur, ne uno verbo deſtruatur, quod tot vigilijs, ſtudio, conſideratione, & maturitate elaboratum eſt. *L. 28. ff. de Legib. c. 28. de Reg. jur. in 6.*

## Cap. 29.

Nomine oblationis comprehenduntur ea, quæ in feſtivitate omnium Sanctorum ad Eccleſiam portantur, vel ad Sacerdotis dominium intuitu deſunctorum, & quæ ponuntur in Ciminili, id eſt, in Cimelio, ſeu loco, ubi oblationes reconducuntur. *Gonz. hic, & in c. 3. de Offic. Archiepiscopali.* Et quæ ſuſcipiuntur de Altari, & quæ ante Crucem, & in Miſſa Trinitatis, & quæ dantur pro deſonſatis, & lampades cum oleo, & quæ alicui capellæ offeruntur, & quæ dantur Nuntio per Parochiam deſtinato, & pro Miſſis mortuorum, & pro ſeptimis, trigefimis, & anniverſarijs, & panes, & quæ inſtrâ hebdomadam offeruntur, & judicia mortuorum, & denique quidquid ad Eccleſiam quocumque titulo pervenerit. Inde, cui tertia pars oblationum, ut in præſenti debetur, horum omnium tertia pars dari debet. *L. 6. tit. 19. p. 1.*

## Cap. 30.

Cum in quadam ſententia in puncto novi operis nuntiatiõis pronuntiatum eſſet molendinum eſſe reedificandum in eo ſtatu, in quo fuerat tempore litis motæ, non relatũ ad tempus, quo lapillus in-

denuntiationem novi operis jactus fuit, ſed ad tempus, quo litis conſtitutio facta fuit intelligendum eſt, licet in alijs caſibus liſ à citatione cenſeatur incipere juxta *Vegam Rubric. de Judic. n. 44. & Gonzal. in C. un. de Litis conſeſat.*

## Cap. 31.

Quando Legatus conſtitutionem facit de ſolvenda Epifcopo tertia mortuorum parte, intelligitur de cis mortuarijs, quæ ſecundum Jus Commune debentur, non de illis, quæ pertinent, ad Eccleſiæ ornamenta, vel fabricam neceſſariam, vel ad luminaria, vel quæ relinquuntur pro anniverſario, ſeptimo, viceſimo, aut tricelimo, faciendis, nec de eis, quæ ſpecialiter ſunt perionis, ut Reſtori Eccleſiæ, niſi Eccleſiæ ratione ſiant.

## Cap. 32.

Quando Epifcopo pro honeſta, & favorabili cauſa privilegium conceditur, ut fructus beneficiorum percipiat; nomine beneficij, etiam majora beneficia, & præbendæ continentur. *Barb. in Praſ.*

## Cap. 33.

Cum allegaretur coram Gregor. IX. quod numerus Canonicorum Xantoniensis Eccleſiæ ob diminutionem facultatum, non poſſit obſervari, & ideo eſſet diminuendus dedit commiſſionem, ut numerus juxta facultates, moderaretur, ſed cum videret delegatus facultates auctas eſſe, etiam numerum præbendarum augere volebat, ſed reſpondit Papa, quod numerum Canonicorum dimittat in eodem ſtatu, in quo hæcenus dignoſcitur exiſtiſſe, & in Eccleſiæ utilitatem converteret augmentum ſuorum redituum. Deinde in epigraphæ dicitur, quod eorum moderatiõis diminutionem conſinet, non augmentum.

## TIT. XLI.

## De Regulis Juris.

441 **R**egula ſic à regendo dicta eſt, quæ rem, quæ eſt, breviter enarrat. Teſte *J. C. Paul. in L. 1. ff. Tom. II.*

*b. t.* ac proinde ſicut Hypocrates totius Medicinæ materiã, ad quedam brevia præcepta reduxit, quæ aphoriſmos vocavit, ſic Jurifconſulti ad quaſdam breves regulas, tanquam ad indicem immenſam juris extenſionem aliquomodo reducerunt, ut ſic facilius ejus quaſtiões reſolvere valerent. Regula enim non conſtituit novum jus, ſed illud ſupponit conſtitutum, adeo ut non ex regula jus ſumatur, ſed ex jure, quod eſt, regula fit. *L. 1. ff. b. t.* Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & ut ait Sabinus, quaſi cauſæ conſectio, eſt, quæ ſimul cum in aliquo vitata eſt perdit officium ſuum; & pro eo quo ſtat regula pronuntiatum eſt, niſi adverſarius, cui onus probandi incumbit, probet quaſtiõem, vel caſum in illa regula non comprehendi. *L. 5. ff. de Probat. c. ſin. de Reſtitut. ſpoliat. in 6.* Multamque vim in jure habent, dum opportune ad caſum, & circumſtantias allegantur: nam cum nulla lit regula ſine exceptione, regula quæcumque allegetur, nihil probabit, ſi adverſarius, illum caſum, de quo eſt quaſtio, ab illa regula excipi, probet. Regula etenim aliæ ſunt *authenticæ*, quæ ſcilicet, vel ex Jure Canonico, vel Civili deducuntur; aliæ vero *Brocardicæ* nuncupantur, quæ ſcilicet per modum axiomatis à DD. proferuntur, & quidem tæpè, quin ex aliquo textu deducantur: imò & ex Philoſophorum, & Poetarum dictis deſumuntur. Sed cum ex principijs unius facultatis argumentum deſumptum ad aliam debile ſit, juxta *Ariſtot. 1. Poſteriorum.* Hinc tales regulæ, niſi firmiori principio nitantur, vim in jure non habent. Poſſunt nihilominus aliquam addere auctoritatem. Et quia regulæ contentæ in hoc titulo, & in 6. frequentiffimè allegantur in jure, eas expedit, ſaltem ſummo digito tangere, ut aliquantum earum genuinus ſenſus percipiatur, licet latius requirerent examen.

## Cap. 1. Joan. Chryſoſtomus.

442 *Omniſ res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. L. 35. L. 153. ff. b. t.* In contradicibus enim humanis, qui à diſpoſitione contrahentium dependit in eſſe, & conſervari, ſicut ipſorum conſenſu, & voluntate contrahuntur, & ſunt, ita ipſorum diſſenſu, vel conſenſu contrario diſſolvantur, &

Ggg diſ-